

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XLV.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122**

IVDA. LEVI. SIMEON.

Gerson. CAATH. Merari.

AMRAM.

Ifuar.

AARON. MOSES.

Chore.

Eleazar

Hinc ortus

PHINEES.

Samuel.

Syrac. 45.

2453.

MOSES coram rege Pharaone grandia miracula fecit (Exod. 7.) & populum Israël ex Ægypto per mare rubrum eduxit, Exod. 14. Et die quinquagesima post exitum, LEGEM VITÆ & sapientiæ à Deo accepit, Exod. 20. 21. & deinceps. Syrac. 45.

AARON ad summum sacerdotium populi Iudaici vocatur, Exod. 29. & sancto ornatu ac splendida veste seu panoplia Pontificali decoratur, & à Mose vngitur, Leuit. 8 Syrac. 45.

Primum suum sacrificium offert, Leuit. 9.

2483.

Aaron & Moses moriuntur, Num. 20. Deut. 34.

IOSVA populum Israël in Palæstinam introduxit.

## Caput XLV.

**E**X ILLO; post exoriri voluit sanctum virum MOSEN, quem omnis populus admiratus est & amavit, qui gratosus coram Deo fuit & hominibus, cuius nomen excellenter est celebre. Hunc etiam honoravit Deus ut patriarchas, quod hostibus fuit valde formidabilis, & solo verbo grandia miracula fecit. Coram regibus tribuit ei gloriam, & mandata dedit ei ad populum suum, ostendit illi maiestatem suam. Prælegit eum ad functionem sanctam, eoq; fidelis erat & mansuetus, et ex omnibus hominibus segregavit sibi eum. Fecit eum audire vocem suam, et duxit eum separatim in nubem tenebrosam. Ipse Deus presens dedit ei mandata, nempe legem vitæ et sapientiæ, ut Iacob doceret fœdus, et Israël iudicia sua.

AARON etiam fratrem eius ex eadem tribu leuitica, perinde

perinde ut ipsum exaltavit, ad administrationem sanctam: Patrum aeternum fecit cum eo, & dedit ei sacerdotium in populo. Decoravit eum sancto ornatu, & circumdedit eum splendida veste, & addidit omnis generis ornatum. Et armavit eum egregia panoplia, perizomatis, & tunica talari, cum Epomide, appensis in orbem compluribus sphaerulis & tintinnabulis, ut ipso ingrediente, tinnitus circumquaque audiretur, in templo, in memoriam populi ad Deum. Haec erat sacra vestis ex auro, hyacintho, & purpura contexta, opere variato, addito oraculo pectorali (cui inserta erat lux & integritas) artificiose concinnato, preciosis gemmis inclusis auro, per gemmarios, quibus insculpta erant nomina duodecim filiorum Israel, in memoriam coram Deo: Addidit & diadema aureum in tiara sacra, in qua inerat calatura sacrosancti nominis. Omnia augusta & plena maiestatis, venusta & luculenta. Nihil his simile unquam antea visum est. Nec fas erat, quenquam alium his indui, praeterquam ipsius Pontificis liberos & nepotes ordine ex eadem familia, à quibus quotidie his iuge sacrificium fiebat. Erat enim à Mose initiatus, & sacro oleo perfusus. Fœdus factum est cum eo, ut ipse & filij eius (quam diu durarunt dies caeli) servirent illi, utque essent sacerdotes, & populum suum in nomine illius benedicerent. Elegit eum ex omnibus viventibus, ut Domino sacrificaret, ut libamina, & incensum offerret in odorem suavissimum, & in memoriam ad reconciliandum populum. Demandavit ei ministerium verbi sui, ut doceret Iacob testimonia eius, & illuminet Israël per legem eius. Fuerant quidem alij, qui opponerent se ei per seditionem, & inviderunt ei in deserto, nempe, qui cum Dathan & Abiron erant, & in furiosa factione Korah. Sed Dominus vidit, & displicuit ei, et deorabantur saevienti ira. Ostendit in eis mirum et horrendum iudicium, deoravit eos igne suo. Honoravit Aaron adhuc amplius, et dedit illi hereditatem, nempe, omnes primitias segregavit illi. Prae omnibus alijs ordinavit illis, primum uberem copiam panis. Nam comedere debebant sacrificia Domini, quae illi et semini suo dedit. De terra autem non dabatur illis pars, neque hereditatem

tem nanciscebantur cum reliquo populo. Sed Dominus ipse erat pars et hereditas eorum.

*PINEHAS* filius Eleasar, tertius erat in hoc honore, hic feruide zelabat in timore Dei, et populo deficiente, ipse constans, fortis et animosus perstitit. Ideo cum illo factum est fœdus pacis, ut præset sanctuario et populo, et ut ipse et semen eius sacerdotio præset in æternum. Quemadmodum et cum David ex tribu Iuda, fœdus sanctum est, ut tantum ex filijs eius vnus rex esset: ita et Aaron ac semen eius, heredes constituti sunt, ut docerent nos sapientiam, et populum Dei digne regerent, ut sacerdotium ac gloria eorum non intereat, sed apud eos maneat in seculum.

**C**ontinet Encomium MOYSIS ET AARONIS fratrum, & PINEHAS nepotis Aaron, ex filio Eleazar.

In MOYSIS HISTORIA, I. Miranda conseruatio, & instauratione ecclesie Dei per doctores & gubernatores doctrinae diuinitus excitatos consideretur. Inter quos vnus ex præcipuis & summis fuit Moyses. II. Docuit autem non tantum legis sapientiam de honesta gubernatione consiliorum & actionum erga Deum & homines exercendarum, & de ceremonijs & sacrificijs Leuiticis: nec tantum politicus gubernator aut legislator fuit, sicut Solon, Lycurgus, Minos, Numa, qui se θεοποιεῖν esse finxerunt: Sed etiam fuit doctor euangelij de Domino & redemptore nostro Iesu Christo, cuius solius sacrificio & morte peccata nostra expiata sunt, & iusticia ac salus æterna nobis restituta est, ut Iohan. 5. dicitur: Si Moyse crederitis, & mihi crederetis: De me enim scripsit. Et Luc. 24. Christus ex Moyse & omnibus prophetis testimonia de passione & resurrectione sua exponit, sicut ritus agni Paschalis & omnia sacrificia Mosaiica, typi fuerunt sacrificij Christi, quod solum tollit peccata mundi. Iohan. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. 1. Cor. 5. Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. III. Miracula à Moyse plurima edita sunt. Primum coram Pharaone, Exod. 4. 7. 8. &c. Deinde in miranda educatione populi per alueum maris rubri, Exod. 14. Postea in deserto datum manna de cœlo, producta aqua è silice, lex diuina voce pronunciata in monte Sinai inter terribilia fulgura & fulmina, &c. quæ omnia sunt testimonia vocationis Moyse, & quod doctrinae & consilij ipsius tanquam voci Dei de cœlo sonanti, certo credendum sit. IIII. Res gesta, seu doctrina, consilia, gubernatio, scripta & facta Moyse, à capite secundo Exodi & deinceps in Leuitico, Numeris & Deuteronomio recitantur. Præcipua autem ipsius πολιτεύματα sunt, liberatio & educio populi Israël ex Ægypto, & promulgatio legis, & constitutio Politie Iudaicæ, ut esset certa sedes ecclesie Dei, in qua lex & promissio de Christo propagaretur, & inde in reliquas orbis terrarum partes spargeretur, ac ut esset certus populus & locus, in quo Christus exhiberetur, doceret, miracula ederet, fieret victima, & ex morte resuscitatus conspiceretur. V. Virtutes singulis imi-

lis imitanda. Adolescens institutus est in studijs doctrinae & vniuersae sapientiae Aegyptiorum, Acto. 7. Pietas vera seu fides, qua reuic vocari filius filiae Pharaonis, potius eligens probris affici cum populo Dei, quam temporarijs peccati commodis frui, maiores diuitias ducens probrum Christi quam thesauros Aegypti, Ebraeos 11. Inuocatio Dei vera & ardens, cuius exempla & formae, in Exod. Numeris & Deuteronomio plurimae recitantur. Obedientia in vocatione, Exod. 3. 4. Fidelitas in rota domo Dei seu in rota gubernatione ecclesiae & populi Dei, Num. 12. Mansuetudo, constantia, patientia, &c. VI. *Exitus vitae seu mors descripta* Deut. 34.

In AARONIS celebratione, descriptio sacerdotij, & panopliae pontificalis praecipue obseruatu digna est. Est autem sacerdotium proprie nihil aliud, quam officium seu ministerium docendi verbum Dei, legem & euangelion de Christo. Et thymiamata precum pro se & alijs Deo adolendi & offerendi sacrificia, quae Deus ordinauit. Haec tria officia sacerdotum, docere, orare & sacrificia offerre, distincte in hoc Encomio recitat Syracides, cum inquit, Aaroni demandatum esse ministerium verbi DEI, vt doceret Iacob testimonia eius & illuminaret Israel per legem eius. Deinde vt Domino sacrificaret & incensum seu thymiamata .h. preces sanctas offerret. Repetatur itaque in hac Aaronis mentione, tota doctrina de sacerdotio, & discrimine inter summum sacerdotium Leuiticum & Christi, & sacerdotium commune omnibus Christianis. Huius doctrinae consideratio longe vtilior est descriptione vestium & reliqui ornatus sacerdotalis, cuius explicatio ex cap. 28. Exod. assumatur. *Honorauit Aaron adhuc amplius, & dedit illi hereditatem, nempe omnes primitias.* De primitijs Num. 15. dicitur. Seriem summorum sacerdotum ab Aarone & Phinees nepote Aaronis, vsque ad tempora Iesu Syracidae contexam infra capite vltimo.

## Caput XLVI.

**J**ESU Naue, erat heros in bello, & propheta post Mosen, qui victorias excellentes obtinuit, pro electis Dei (sicut & nomen eius sonat) & ulciscabatur se de inimicis, a quibus affligebantur, vt Israel acciperet hereditatem suam. Magnifice inclaruit, cum extenderet brachium, & gladium stringeret aduersus vrbes potentes. Quis vnquam tam animosus in acie stetit & perstitit? Ipse cepit & prostrauit hostes Domini. Propter ipsum stetit sol, & dies vnus bidui longitudinem habuit. Inuocauit altissimum & potentem illum, cum vrgeret hostes suos, & Dominus ille Deus magnus exaudiuit eum, & cadere fecit lapides  
 Jii gran-